

EMBLEMA LXXXI.

Virtus inuidia maior.

LXXXI.

Non obscuror licet illa sequatur.

Vmbram corpus habet claro sub sole sequentem,
 Hocque magis nigram, quo nitet ille magis.
 Nec tamen vmbra valet corpus subducere soli,
 Fœda sed à tergo cogitur illa sequi:
 Imo caput suprà rectè flet lampade Phæbus,
 Clarius exardet corpus, at vmbra fugit.
 Inuidiæ hæc ratio est; vitio nil turpius illo,
 Virtutemque odio liuida semper habet.
 Hancque Theonino discerpere sordida dente,
 Nigrâque æternum perdere nocte studet: